

## Metallorum naturæ.

**M**etalla nunc ipsæq; opes: & rerū pretia dicentur: tellurem intus exquitate cura multiplici. Mō quippe alibi diuitiis foditur quæ: ante aita autum argentum æs electrum alibi deliciis gemmas: & parietū digitorumq; pigmenta. alibi temeritate ferrum auro etiam gratius inter bella cadesq; persequimur omnes eius fibras uidemusque super excavatos: montes mirantes dehiscere aliquando aut intremiscere illam. Ceu uero non hoc etiam exemplū indignationis sacre parēsis ex

primi possit. imus i uiscera eius: & in sede manū opes quærimus: tanquā paræ benigna fertiliq; qua secetur. inter hæc minimū remediorum gratia scrutamur. Cui enim fodiendi causa medicina ē. Quāquam & hæc summa sui parte tribuit ut minime parca: faciliq; in omnibus quæ profunt. illa nos p̄mūt illa nos ad inferos agunt quæ occultauit atq; demersit. illa quæ non nascuntur: ut repētæ mens ad inane euolans rupe teti quis deinde futurus finis est sæculis omnibus euahauriendi eam quousq; penetret avaritia. Quā innocens p̄ beata: immo uero & delicata eēt uita: si nihil aliud d̄ ea nisi qd̄ supra terras cōcupisceret haberetq; nō nisi quod facū est. eruitur: quidē auge & chryso colla iuxta: ut pretiosior uideatur nomen ex auro custodiens. parū enim erat naturæ unam inuenisse uitæ pestem: nisi i p̄tio etiam esset sanies auri. Quæ rebat argentū avaritia. boni sulu it interim inuenissem miniū: rubentis que terræ excogitauit usum. heu prodigiosa ingeni quot modis auximus precia rerū: Accessit ars picturæ: & aurū argumentumq; cælando carius fecimus. Didicit homo naturā prouocare. Auxere & artem uitiorum irritamēta. in poculis libidines cælare iuuat: ac per obsenitates bibere. abiecta sūt deinde hæc: & sordere cœpere. & auri argēti nimiūq; fuit murrhyna & cristallina ex ea dē terra effodim⁹: quibus precii faceret ipsa fragilitas hoc argumētū opū. hæc uera luxuriæ æstimata ē gloria: habere quod posset statim totū perire. nec hoc fuit satis turba gēma: potamus: & smaragdīs texim⁹ calices ac temulentia causa tenere indiam iuuat. & aurum iam accessio est.

Quæ prima cōmendatio metallorū auri & de origine annulorum aureorum: & modo auri apd̄ antiquos & equestri ordine: & de iure annulorum aureorum. Cap. i.

**U**tinamq; posset e uita in totū abdicari aurum sacra fames: ut celeberrimi auctores dixē p̄scissum conuitiis ab optimis quibusq; & ad perniciē uitæ repertū. Quantū scelicioꝝ auro cū res ipsæ permutabantur inter se: sicut & troianis temporib⁹ factitatū. homero credi cōuenit. ita enim (ut opinor) commercia uictus gratia inuenta: alios coriis bouum: alios ferro captiuisq; rebus emptitasse tradit. q̄q; & ipse miratus aurū æstimationes rerum ita fecit. ut centum bouū arma aurea permutasse Glaucū diceret cum Diomedis armis nouem bouū. ex aqua consuetudine multa legū antiquaq; pecore constat etiam romæ. pessimū uitæ scelus fecit. qui anulum primus induit digyis. nec hoc quis fecerit traditur. nam de prometheo omnia fabulosa arbitror: q̄q; illi quoq; fereū anulum dederit antiquitas. uinculumq; id non gestamen intelligi uoluerit. mīde quidā anulum quo circū acto habentē nemo cerneret. quis nō etiam fabulosiorē fateatur. manus & prorsus sinistra: maximā auctoritatē conciliauere auro. non quidē Romani quoq; more ferendū erat bellicæ uirtutis insigniæ. De regibus romanis nō facile dixerim. nullū habet Romuli in capitolio statua. nec præter nummæ Seruicq; Tullii alia. nec. L. quidē bruti. hoc in Tarquinis maxime miror. quoq; egregia fuit origo. unde hic annulorū usus uenit. quāquā etiam nuac lacedæmone ferreo utantur. Sed a prisco Tarquinio oium primo filiū cum in prætextatæ annis occidisset hostē. bulla aurea donatū constat. unde mox bullæ durauit: ut eorū qui equo meruisset filii id insigne haberent. cæteri lorū. & ideo miror tarquinii eius statuam sine annulo esse quāquam & de nomine ipso ambigitur. id græci a digyis appellauerunt. Apud nos prisca unguis uocabant. postea & græci & nostri symbolū. lōgo certo tēpore ne fenatū quidem Romanū habuisse aureos. manifestū est. Siquidē iis tantū qui legati ad exteras gētes ituri essent. annuli publice dabantur. credo. quoniā ita exteroꝝ honoratissimi intelligebantur. neq; aliis utimos fuit. quā q̄ ex ea cā publice accepisset. uulgoq; sic triūphabāt. & cū corona ex auro etrusca sustineretur a tergo. annulus tamen in digyto ferreus erat. æqua fortuna triumphantis & serui coronā sustinentis. Sic triumphauit de lugurta. C. Marius. autē non ante tertium consulatum sumpsisse traditur. ii quoq; qui ob legationē acceperāt. aureo in publico tñ utebāt. itra domos uero ferreis. Quo argumēto etiā nūc sponsæ annulus ferreus mittitur. isq; sine gēma nec iliatis t̄pibus ullos fuisse annulos uideo: nusq; certe Homer⁹ dicit: cū & codicillos missitatos epistolarū gratia idicet: & cōditas ar